

67

quantum dirigere possunt non ieiunando. Et Hieronimus ab Furiam ait Non nulli vitam pudicum appetentes in ieiunio medio corruunt dum carnum abstinentiam ieiunium putant et stomachum legibus onerant. Omnia tamen intelligenda sunt cum discretione quod ut scribitur. i. q. v. c. Presentium discretio nisi est omnium virtutum. Ad idem dixerim quod multi indiscretas ieiuniorum regulas considerantes quoniam nisi arcta imo eis impossibilia sunt ieiunia. Pro quibus quietatis statim scilicet. Hieronimus ad rusticum monachum. d. Palneaz femina non gratas quod calorem corporis ieiuniorum frigore cupis extinguere que ipsa moderata sunt ne nimia debilitent stomachum et refectionem maiorem profectia erupant in crudelitatem que parvas libidinis est. Et idem ad Nepocianum de vita clericorum ait tamen tibi impone ieiuniorum quantum ferre potes. Sit pura casta simplicia moderata et non superstitiosa ieiunia. Et idem ad Demetriam d. inquit. Neque vero immoderata tibi imperamus ieiunia et endem ciborum abstinentiam quibus statim corpora delicata franguntur et ante egrotare incipiunt quod sancte ouersatōis possunt iacere fundamenta. Huius quoque scilicet est moderatas esse virtutes. Et idem ad rusticum monachum ita scribit. Sunt quod amore cellularum immoderatisque ieiunijs tedio solitudinis ac nia lectōne dum diebus ac noctibus auribus suis personat vertunt in melancoliam ut hypocratis magis fomētis quod nostris indigeat monitis. Ideo seruanda est regula fulgentij quod ita scribit ad Probum Ieiunijs sic est adhibenda temperies ut corpus nostrum neque saturitas excitat nec modica immoderata debilitet. Saturitas facit ut in castu ieiunemus debilitas vero ne ieiunare possimus. Hec ille.

¶ Ad obligant homines ad ieiunium vel propter preceptum ecclesie vel propter impositam penam vel propter imprecationem episcoporum.

¶ Capitulum. ij.

Secundum misterium videndum de ieiunio dicitur obligatio. Obligantur siquidem homines ad ieiunia sub pena peccati maxime propter rationes. Primo propter ecclesie preceptum. Secundo propter penam hanc voti impletionem. Tercio propter episcopales imprecationes. Primo obligantur ad ieiunium propter ecclesie preceptum quod scilicet ecclesia precepit ut aliqua ieiunia a fidelibus obseruentur quod ut scribitur. xliij. q. i. c. Nuisquis. Nuisquis preceptis non obtemperat reus est et debitor pene. Et paulo inferius. Quod precepit imperat et quod imperat necesse est fieri. Et dicitur. xij. c. Preceptis. dicitur preceptis apostolicis non dura superbia resistat sed pro obiaz quod a sacra romana ecclesia et apostolica auctoritate iussa sunt saluifere impleantur. Et eadem dicitur. c. non docet Calixtus papa ait. Sicut filius dei venit facere voluntatem patris sic et vos implete voluntatem patris vestre que est ecclesia. Ad idem dicitur. c. Sic omnes. xix. di. vbi sic dicitur. Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipere debent tamen ipsius diuina voce petri formate. Et item habetur in. c. In memoria. m. c. Enimvero. Et in. c. Nulli vras eadem dicitur. Et hoc colligitur ex verbo christi. d. Matth. xvij. qui ecclesiam non audierit sit tibi sicut et thronus et publicanus sancta ergo mater ecclesia instituit ieiunia quedam sub precepto fidelibus obseruanda. Et primo instituit ieiunium quadragesi-